



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 89. Quid notandum sit circa obligationem annatæ vel quindenæ: item circa valorem Beneficii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

vel consuetudinem, ut novus provifus per annum deferviat beneficio sine ullis fructibus, non repugnare nequidem Conftit. relatæ, fi eos fructus poft ejus mortem accipiant hæredes, nam defunctus fic re- ipfa percipit fructus primi anni, qui non auferuntur fed differuntur, & quafi affervantur, ut fint pro funeralibus & debitis folvendis, fi debita contraxerat, idque femper licuiffe notant ex declarationibus S. Congreg. & decif. Rotæ authores apud *Leur.* p. 3. q. 103. Idem dicit *Garc.*, fi fit statutum vel confuetudo, ut nihil percipiat, qui non erit, v. g. Subdiaconus; ad majorem tamen fecuritatem in Diocefi Coloniensi & Leodiensi supplicatum eft ratione annorum gratiæ contra illam Conftit. *Inn.* XII., & Papa remifit examen ad Congregationem, quæ hactenus non respondit. Similiter quoad illud punctum supplicarunt quatuor Capitula, urbis & suburbii Monasterienfis in Weftphalia, Anno 1701., & Congregatio remifit caufas examinandas Officiali, unde fi relatio Romam miffa nitatur caufis fufficientibus, poffunt hæc Capitula uti annis gratiæ, ufque dum aliud urgeatur.

Q. 29. Quid notandum fit circa obligationem annata vel quindena; item circa valorem beneficii. R. Seqq.

§. I. Per annatam intelligitur media pars fructum primi anni Sedi Apoftolicæ folvenda inftar decimarum, partim ad fufcitationem Papæ & Cardinalium, partim in recognitionem univerfalis dominii, quod Papa & Ecclefia habet in omnia beneficia, uti loquitur *Paulus IV.* apud *Luca* d. 89. n. 2. Hæc autem annata non folvitur ex beneficiis, quæ non excedunt 24. ducatos auri de Camera, uti habent Concordata relatæ n. 503., unde cum nulla beneficia in Germania, Gallia & Hispania taxentur

in Camera ultra 24. ducatos, pro illis nihil solvitur ratione annatæ, *Brand. Chok. Pirh. Leur.* p. 2. q. 601. De cætero in hoc nihil committi nundinationis vel simoniæ, probat rectè *Leur.* p. 3. q. 190.

675 §. II. Quindena seu quindenium est media pars fructuum, quæ ex beneficiis alicui Communitati vel loco pio unitis solvitur singulis 15. annis, cùm enim tale beneficium non ampliùs vacet, loco annatæ imposita est quindena, unde qui non tenentur solvere annatam, etiam non tenentur ad quindenam. Videri potest *Castrop.* T. 7. d. 3. p. 7., ubi etiam agit de charitativo subsidio, quod quandoque à beneficiatis exigitur.

676 §. III. Si quis habeat indultum conferendi beneficia, additâ clausulâ, ut sic provisus, si fructus beneficii valorem annum 24. ducatorum excedant, infra 8. menses novam provisionem à sua Sanctitate impetret, & litteras petere ac jura Camera Apostolicæ persolvere teneatur, dubitarunt aliqui, an etiam in Germania sic provisus non teneatur ista præstare: pro parte affirmante est, quòd indultum fit extraordinaria gratia, adeoque potuerit Papa extraordinariam clausulam addere præter Concordata, idque præsumendum fit, ne clausula ista sit frustranea. *Conf.* nam Germanus Romæ supplicans pro beneficio, licèt scribatur illud non excedere 24. ducatos, tamen putat *Plettenberg* in notit. tribunal. ad Reg. 55. Cancell. pag. 471. teneri exprimere verum valorem, ergo si revera excedat, debet id manifestare Romæ, & quia ita mandat indultum, novam petere provisionem. Nihilominus præscindendo à praxi, de qua mihi non constat, sententia negans videtur probabilior, quia dicta clausula non est specialiter isti indulto inserta, sed passim de stylo communi & antiquo omnibus ejusmodi indultis etiam

etiam Cardinalium & Legatorum Apostolicorum inferitur, uti videre est apud *Barb. de Pot. Ep. alleg. 57. n. 52. & Tond. p. 2. c. 3. §. 5. n. 22.*, idque unice, ne Camera Apostolica fraudetur annatis, quod autem ista clausula non habeat effectum, ubi valor omnium beneficiorum non censetur excedere 24. ducatos, id per accidens est, nam obtinet effectum in indultis ad alias Provincias, ubi beneficia taxantur ad verum valorem, hinc clausula ista ubique relinquatur, ne mutetur stylus scribendi, unde dato, quod opus sit in supplica ad Papam exprimere verum valorem, hic non est opus ullâ supplicâ ad Papam, ergo nec opus hoc exprimere.

Q. 90. Quid intelligatur per valorem 24. ducatum 677  
torum de Camera. R.

§. I. Ducatus auri de Camera est Scutum aureum & unus argenteus seu Julius; Scutum autem aureum secundum monetam nostram est ducatus sive duo Imperiales in specie. Quod si dicatur ducatus, & non addatur, *de Camera*, attendendus est valor ducati currens in loco beneficii, *Garc. p. 9. c. 3. n. 151.*

§. II. Pro designando valore beneficii non debent computari emolumenta incerta, sed sola certa, uti sunt anniversaria fixa & dotata, *Suar. Castrop. Garc. VVames.* Etiam probabiliter non debent computari stipendia pro Missis, si has posset legere per alium, tunc enim non sunt fructus beneficii sed proprii laboris, *Guttir. Graff. Garc. n. 166.*; debetque detrahi etiam pensio imposita beneficio, quia beneficium censetur valere hoc, quod beneficiato remanet detractis oneribus, *Gigas, Castrop.* contra alios: excusatur autem mala expressio valoris, si sit excessus modicus, id est, non ultra sextam partem, *Mandos. Leur. p. 2. q. 659. n. 8.*

Y 4

§. III.